

Vigesimus octauus

Smyrneus qui de simplicibus effectibus scripsit rumpi scolopēdras marinas sputo tradit. Itē rubetas aliasq; ranas. Ophilius serpentes si quis in hiatu earū expuat. Salpe torporem sedari quocūq; mēbro instupente si quis in sinum expuat. Aut si superior palpebra salua tāgatur. Nos si hęc & illa credam? rite fieri. Extranei interuentu: aut si dormiens expectetur infans a nutrice terna expui quāquā religio ne mutatur & fascinus: Imperatorū quoq; non solum infantiū custos: qui deus inter sacra romana a uestalibus colitur: & currus triumphantium. Sub his pendens defendit medicus inuidiā: iubetq; eodem recipere. Silimis medicina linguā ut sit exorata a tergo fortuna gloriā carnifex. Morsus hominis inter asperrimos quoq; numeratur. Medetur sordes ex auribus. Ac ne quis miretur etiā scorpioni nū ictibus: serpentiūq; statim imposita. Melius e percussis auribus profunt. Ita & Remedias sanari serpentiū uero ictū contusi dentis humani farina. Capillus puero qui primū decisus est podagræ impetus dicitur leuare circūligatus. Et in totum impubiū impositus. Virorum quoq; capillus canis moribus medetur ex aceto. Et capitum uulneribus ex oleo aut uino. Si credimus a reuulso cruci quartanis. Combustis æquæ capillus carcinomati. Pueri qui primus ceciderit dens: ut terram nō attingat inclusus in armillā & assidue in brachio habitus muliebrum locoq; dolores phibet. Pollex in pede præligatus proximo dygito tumores unguinum sedat. In manu dextra duo medii lino leuiter colligati distillationes atq; lippitudines arcent. Quin & eiectus capillus calculoso alligatus qui supra pubem leuare cæteros dicitur: ac iocineris etiā dolores. Ac celeritatem partus facere. Addidit Granius efficaciorē ad hoc esse ferro exemptū. Partus accelerat uicinos ex quo quæq; cōceperit si cinctu suo soluto fœminā cinxerit: dein soluerit: adiecta precatōne se uinxisse eandē & soluturū: atq; abierit. Sanguine ipsius hominis ex quacūq; parte emissio efficacissime anginā illini tradunt Orpheus & archelaus itē ora comitali morbo lapsorū exurgere enim protinus. Quidā si pollices pedū pungantur. Exque iis guttæ referantur in faciē. Aut si uirgo dextro pollice attingat. Hac cōiectura cēsentes uirgines carnes edēdas. Eschines atheniensis excrementorū cinere anginis medebatur & tōsillis: uuisq; & carcinoma tis Hoc medicamentū uocabat botryon. Multa genera morborū primo coitu soluuntur: primoq; fœminarū mense. Aut si nō id contingat: longinqua fiunt: maximeq; comitiales. Quin & a serpente ac scorpione percussos coitu leuari pdunt. Verum fœminas uenere ea lædi. Oculorū uitia fieri negant: nec lippire eos qui cū pedes lauant aqua inde ter oculos tāgant. Immatura morte raptorū manu strumas parotidas guttura tactu sanari affirmāt. Quidā uero cuiusq; defuncti dūtaxat sui sexus leua manu auersa. Et e ligno fulgure ictō reiectis post terga manibus demorderi aliquid ad dentē qui doleat ad moueri: remedio esse pdunt. Sunt qui præcipiāt dentē suffiri dente hominis sui sexus. Et eū q; caninus uocetur in sepulto exemptū adalligari. Terram ex caluaria psilothrum esse palpebrarū tradunt. Hærbæ uero si qua ibi genita sit cōmanducata dentes cadere. Vlcerā nō serpere ex osse hominis circūscripta. Alii e tribus puteis pari mei: sursu aquas miscent: & prolibant nouo fictili. Reliquū dant in tertianis accessu febriliū bibendum. Itē in quartanis fragmentū clauī a cruce inuolutū lana collo subnectunt. Aut spartū e cruce: liberatoq; concludunt cauerna quā sol non attingat. Magorū hæc commenta sunt. Ut cotem qua ferramenta sæpe excuta sint: subiectā ignari cervicalibus de ueneficio deficientes e uocare. Indicium ut ipse dicat: quid sibi datum sit: & ubi: & quo tempore: auctorem tamen nō nominare. Fulmine utiq; percusso circūactum in uulnus hominē loqui protinus cōstat. Inguinibus medetur aliqui licium telæ detractum alligantes nouenis septenisue nodis ad singulos nominantes uiduam aliquam: atque ita inguina adalligantes licio. Et clauū: aliudue quod quis calcauerit: alligatū ipsos iubent gerere: ne sit dolori uulnus. Verrucas auellunt a uicesima luna in limitibus supini ipsam inuenientes ultra caput manibus porrectis: quicquid cōprehendere eo fricantes. Clauū corporis cum cadat stella si quis distingat: uel cito sanari aiunt. Cardinibus hostiorū aceto affusis lutū frōti illitum cadentis dolorem sedare. Item laqueum suspendiosi circūdatū temporibus. Si quid e pisce hæserit faucibus in aquam demissis frigidā pedibus cadere. Si uero ex aliis ossibus: impositis capiti ex eodem uase officulis. Si pāis hæreat: ex eodē in utraq; aurem addito pane. Quin & sordes hominis i magnis fecere remediis quæstuosorū gymnasia græcorū: quippe ea strigmenta molliunt: calfaciunt: discutiunt cōplent sudore & oleo medicinā facientibus. Vuluis inflāmatis contractisq; admouentur. Sic & menses cient. Sedis inflāmationes & cōdylomata leniunt. Item neruorum dolores: luxata: articulo: nodos. Efficaciora ad eadem strigmenta a balneis: & ideo miscentur suppuratoriis medicamētis. Nā illa quæ sunt e cæromate permixto ceno: articulos tm molliunt: calfaciunt: discutiunt efficacius: sed ad cætera minus ualent. Excedit fidē impudens cura: q; sordes uirilitalis cōtra scorpionū ictus singularibus remediis celeberrimi auctores clamāt. Rursus in fœminis quas infantiū aluo editas i utero ipso cōtra sterilitatē subdi cēsentes: meconiū uocāt. Immo et ipsos gymnasiorū: rasere parietes. Et ille quoq; sordes excalfactoriā uim hēre dicuntur. panos discutiunt. Vlcerib' senū puerorūq; & desquamatis abu

Expectetur: prior lectio item q̄q religio ne mutat & fascias

Ex eiectis